

INOR,

CA.






Ug 3. 14

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20





43
MEMORIÆ PIÆ
ILLUSTRISSIMI ET PIENTIS-
SIMI PRINCIPIS,
Dn. Dn. JOACHIMI
FRIEDERICI, MAR-
chionis & Electoris Bran-
denburgici,

18. Jul: Anno 1608.

Ex his terris in cœlestem patriam
placidè evocati.

ANAGRAMMATISMI
honoris & amoris ergò in
publico luctu scripti

Bartholomæo Elerdo, Pastore
VVusterhusano.



VVITEBERGÆ,
Typis VVolfgangi Meisneri.

M. LUSTRISSIMUS ET PIENISS...
Do. Dr. JOACHIMUS FRIEDERICUS
MARCHIO BRANDEN...
CO. ARCHIEPISCOPUS...

HIC HIBI SVMMI ORA...
RERVM BONARVM NOVA...
IIS summas et omnes...
episcopus...
Hic regit...
Opus...

JOACHIMUS FRIEDERICUS ET
MARCHIO ELECTOR BRANDEN...
BVRGAVICVS...
LECTOR BRANDENBURGENSIS...
FIDE REGEM... HIC HIBI...





I.

ILLUSTRISSIMUS ET PIENTISS:
princeps &

Dn.Dn. JOACHIMUS FRIDERICUS,
MARCHIO. BRANDEN-
BURGICUS.

Archiepi-
scop: Mag-
debur: ad-
ministratōr.

à M.R. far-
tum, à me
evolutum.

per anagram:

HIC DIIS SVMMA CVRA: HINC
REGNO ROBVR, AC VRBI FIDES.



DIIS summa est cura hoc pro Principe, matris ab alvo
Natum educant, hunc evchunt
Mirè nutritum, summa ad fastigia rerum.
Episcopatui præest

Magdeburgensi summa cum laude, deinceps
Succedit in locum Patris
Defuncti, atq; decem benè Marchica scepra per annos
Regit, minori haud gloria.
Urbibus & regno sitalis contigit Heros,
Quem Dii sua cura ambiunt.
Hinc regno justum robur procedit, & vrbi
Cujvis sua fides provenit.

II.

JOACHIMUS FRIEDERICUS ET
MARCHIO ET ELECTOR BRANDEN-
BURGIACUS.

per anagram: n repet:

LECTOR RENVNCIATVS SVBDITOS BONA
FIDE REGAM, ACCVRRERE MIHI HIC RE.

A 2

Vt sunt



V I sum Parentis mortui
 Renunciatus in locum
 Elector: Ego sic subditos
 Meos regam bona fide.
 Curabo ut inter hos sonet
 Verbum Dei purum, & Themis,
 Cum pale, sancta floreat.
 Accurre mihi re subdita
 Hic turba: precibus me tuis
 Iura, mihiq; debita
 Praesta obsequia, nec non fidem.
 Ut fiat hoc nobis Trias
 Accurre quoq; sanctissima.
 Regam bene ego tum subditos,
 Parebit atq; subditus.

III.

JOACHIMUS FRIEDERICUS
ELECTOR.

Per anagram. i repet:

FECIT SCHOLAM VIRERE CVRIS, IDEO I.

P Principis est virtus caelestem nosse parentem
 Maxima, & est illi proxima nosse suos.
 His est Elector noster virtutibus auctus,
 Ipse Patrem caeli movit, itemq; suos.
 Hinc verbum pure curat caeleste doceri,
 Et vult servari cum pietate scholas.
 Inde Joachimica non paucis sumptibus ipse
 Valle virere novam fecit & esse scholam.
 Hoc opus est multis perfectum nobile curis,
 His nihil in terris sanctius esse potest.
 I, quisquis vera cupis in pietate doceri,
 Atq; olim Domini rite praesse gregi.

I, qui.

I, quicumq; aliqua dominatum quæris in urbe,
Atq; voles domui consuluisse tuæ.
I, sed cur abeam? tantum quò doctior esse,
Atq; Electori dicere grata queas.

IV.

JOACHIMUS FRIDERICUS

ELECTOR, CATHARINA ELE-
CTORISSA.

Prima Illu-
stris: Elect:
Conjunct.
ibj: 30.
Sept: 602.

per anagram: à repet:

O CATHARINA CHARA FIDE, ISVIAM
MORTIS, HOC CURAS CELERES ELE-
CTORI, ITE.

O CATHARINA fide Christo charissima, duram
Mortis inis, Domino sic faciente, viam.
Dura tuis oculis equidem via, sed tamen ipsa
Haud gravis, à te cum sit superata fide.
Vera fides Christi crucis efficit omnibus, ut mors
Nisi sit dulcis somnus, amica quies.
Vtile quod moreris tibi: verum mors tua curas
Fert ELECTORI, crede mihi, celeres:
Namq; fuit vobis semper mens vna, cor vnum,
Pectora vestra fides junxit, & vnus amor.
Vos ergò celeres hinc ite celerrimè ad Indos
Curæ, Electorem linquite, nec premite.
Ut superesse diu nobis queat, atq; tueri
Subjectos populos sanus & incolumis.
Ut vigeat Domini verbum, pax floreat alma.
Sacra ministratur nocte dieq; Themis.
Quod petimus, dederis si nobis, grata feremus
Carmina in æternum nos tibi summe Pater.

A 3

V. JO.

V.
JOACHIMUS FRIEDERICIIS
ET ELECTOR

ELEONORA ELECTORISSA.

*Secunda Il-
lustris:
Elect: con-
junct; obyt:
31. Mar: 607.*

per anagram: t repet:

IOACHIME ELECTOR HORRES, FIDE
ESTO MAIOR CVRIS: EN TVA
CLARET COELIS.

Quis non horreret tot funera acerba suorum?
Cum Patre, cumq; tribus Gnatis, simul atq; duabus
Conjugibus caris, paucis orbatur in annis.
Quod JOACHIME tibi divinitus obtigit, horres
Inde nec immerito, malesuada carne coactus,
Major ac esto fide curis tot atrocibus, hasq;
Principe digno animo tu contra audentius ito.
En Pater in caelis claret, tua pignora ibidem
Associata Patri clarent, hic vtraq; conjunx
Claret juncta, omnes simul vno tempore cernes,
E tumulo quando surges revocatus ad auras.
His omnes certe cura transmittier Indis
Possunt, sic missis animum viresq; resume,
Longius vt possis, Domino donante, praesse
Subjectis populis, pax te Duce floreat, atq;
Incolumis stet relligio, cultusq; factorum.
Hoc te relligio, pax, hoc cultusq; sacrorum
Te rogat, & populus commissus jugiter omnis.

V.I.
JOACHIMUS FRIEDERICUS
MARCHIO ET ELECTOR.
ELEONORA ELECTORISSA.

Per

Per anagram: n repeti:

ELEONORA CHARISSIMA MORERIS:
O ELECTOR, ECCE HIC FIT VO-
LVNTAS DEI RE.

ELEONORA fide Domino carissima, nobis
Præter spem moreris, non tamen huic moreris.
Longius in terris debebas vivere, & esse
Principis in curas officiosa tui.
Verum te dira tulit inclementia mortis,
Hinc Princeps curis pluribus implicitus.
Tu moriens ipsi Gnatam sine matre relinquis,
Hæc est cura Patri maxima, & illa seni.
O ELECTOR habe: Nil sit sine numine IHOVÆ,
Vita est in Domini, mors quoq; nostra, manu.
Ecce fit alma Dei, cui temet trade, voluntas,
Hæc tibi nil fieri quit sine, nil alijs.
Evocat è vivis, è morte resuscitat olim,
Luceq; perpetua dat sine sine frui.

VII.

JOACHIMUS FRIEDERICUS ET
MARCHIO ET ELECTOR BRANDEN-
BURGENSIS.

Per anagram: vna asp: elisa.

ELECTOR MORIENS SE DAT E FIDE CVRIS
CHRISTI: ABBA NE VRGE IN ORCVM.

Noster vt ELECTOR, materna tractus ab alvo,
Se Christi curis didicit committere totum,
Non tamen absq; fide & cordis fiducia in illum;
Sic ijsdem curis se dat sub agone, relinquens
Præter spem natos & Marchica scepra, fuere
Vltima verba: meum Pater accipe spiritum, in Orcum

Ne

Ne Pater ABBA vrge, verùm me libera ab orco,
Vulnera quinq; tui propter sanctissima Gnati.

VIII.

JOACHIMUS FRIDERICUS ET
MARCHIO ET ELECTOR BRAN-
DEBURGIACUS.

Per anagram : m repet :

FRIEDERICVS ELECTOR DICIT : SVB
ORCV M RVO, AGE CHRISTE
HABE ANIMAM.

Nulla sub humanis rebus constantia : Verum
Sceptrigeri hoc Ducis exemplo : vivebat, eratq;
Hic ad iter promptus, verùm dum pergit, eundem
Corripit anxietas, vt terminus vltimus ævi
Visus adesse fiet, verbis testatur id ipsum:
O quanta anxietas, quanta est angustia cordis,
Dicit : jam ruo præ nimia anxietate sub Orcum,
Verùm age Christe animam tibi habe, tu spiritum in arcem
Suscipe sydereum tua, propter flagra cru cemq;
Hec inter Princeps animam exhalabat anhelam.

IX.

JOACHIMUS FRIEDERICUS ET
MARCHIO ET ELECTOR BRAN-
DEBURGICUS.

Per anagram : elisa vna aspi : e repet :

O MARCHIA LVGE: CVR? ECCE FRIEDERICVS OBIIT
SVBITO : RES TREMENDA.

FUnera funeribus toties cumulantur in aula
Brandenburgiaca, resné tremenda sat est?

Crede



Crede mihi, duo sunt vix lustra peracta, potentes
 Atq; Electores interiére duo.
 Electorissas tres mors tulit improba, te mors
 ó CATHARINA rapit, dein ELENORA cadit.
 ELISABETHA pari passu Anhaldina secuta est,
 Liquit & in terris pignora cara gemens.
 Occidit AUGUSTUS, cumq; ALBERTO FRIEDERICO
 Ingressus mortis est JOACHIMUS iter.
 Atq; SIGISMUNDO cum Gnato Gnata perempta est,
 Funera funeribus sic cumulata jacent.
 Si numeres annos, annos æquare videbis
 Funera, res multis penè tremenda veniè.
 Illa tremenda sat est res, quod citò concidit Heros,
 Brandenburgiæ Duxq; caputq; domus.
 Marchia nunc luge, nunc ò tu Marchia luge,
 Sed cur? noster abit Dux, Friedericus obit.
 Si potes hunc obitum lacrymis deflere sat udis,
 Sat lugere nequis Principis interitum.
 Occidit ecce PIUS Princeps, cui cura sacrati
 Unius & Trini Numinis vna fuit.
 Est magno studio verbum cœleste professus,
 Et legit sacros non sine mente libros.
 Dilexit mirè venerandi scripta Lutheri,
 Calvorumq; odio Calvula scripta habuit.
 Defendit Mystas veræ pietatis amantes,
 Et sacra promovit templa scholasq; simul.
 Occidit en JUSTUS Princeps, justiq; boniq;
 Fautor, & hoc vigit sceptrâ gerente Themis.
 Et juxta Leges fonti pro crimine pœnas
 Intulit, atq; suo fovit amore bonos.
 Nunc est Pacificus fato sublatus iniquo
 Princeps, pacifici nomen & omen habens.
 In pacis studijs communi deesse saluti
 Noluit, hanc bello prætulit ipse fero.
 Fastus & luxus secessit acerrimus osor,
 Sicq; suo exemplum contulit ipse gregi.

Vt bre-

Ut brevibus dicam : Patriæ Pater occidit, cheu
Marchia nunc luctus edito signa gravis.
Edito signa gravis luctus, IHOVAM QUÈ rogato,
Successore novo te beet vt simili.
Qui flagret ex animo verbi cœlestis amore,
Et Calvinii odio dogmata calva habeat.
Justitiam colat atq; habito discrimine nullo,
Et curet pacem, sit Pater & patriæ.
ô fac IHOVA novus sit in his virtutibus auctus
ELECTOR Votis his dato pondus, Amen.

X.

JOHANNES GEORGIUS MARCHIO
ET ELECTOR
ELISABETHA ANHALTINA ELECTORISSA.

Per anagram : duab. aspi : elisis.

JANE GEORGI ELECTOR MORERIS ANTE,
ELISABETHA ET IV: AN HOC COS
ALIIS? AN SAL?

JANE GEORGI avi moreris satur antè, propago

Hoc quàm sperarat tua, cui populisq; subactis

Vtilius fuerat longos te vivere in annos,

Sed fuit in fati, fuit hæc divina voluntas,

Cui parere docet mortales jugiter omnes.

ELISABETHA parens debebas vivere natis.

Longius, & monitis hos instituisse sacratis,

Et tu nunc moreris præter spem, quando præesse

Optimum erat genitis, hi clamant ordine: mater,

Mater in hoc tristi cur tu nos orbe relinquis?

Vivimus orhati Patre, matreq; vivimus orbi,

IHOVA tamen Pater est, nos suscipit, atq; tuetur.

An Cos esse potest alijs hoc omnibus? est cos:

Sic vt

*Sic vt mortalem se quis cogitet esse,
An Sal mortali? certe Sal nobile, cum sit
Nosse Deum & bene posse mori sapientia summa,
Vt discat rectè sapere, & se mortis ad horam
Præparet, atq; animam Christo committat habendam.
Fecit vtrumq; Pater Patriæ, illius atq; maritæ
Idcirco vitam clausurunt sine beato,
Spiritus in cælis & nunc vtriusq; moratur.*

XI.

Illustrissimus & Pientissimus Princeps,

&

Dn. Dn. JOHANNES SIGEMUNDUS
MARCHIO, ET ELECTOR BRAN-
DENBURGICUS.

Per anagram: s repet:

ANN' ES MARCHIO MVNDVS? HOSN'
GVBERNABIS? CVR DEGIS
ELECTOR? ITE.

ANn' SIGEMUNDE Dei sermones Marchio mundus,
Mundus ab hæreticis pectore & ore vehis?
Sum mundus, ceu claustra Erebi imperterritus odi,
Quorum Calvini dogmate cordo scarent.
Ergò gubernabisn' hos mundus legibus æquis,
Qui sub miserunt corpora opesq; tibi.
Ecce gubernabisn' suffultus Numinis aura,
Ut sub me vigeant Pax, Themis, & Pietas.
Marchio cur degis? dego quò cœlica verba
Munda sonent, celebret turbaq; munda Deum.
I, verboq; mane cœlesti Marchio mundus,
Et fac vt immundis non locus esse queat.
Ite ergò cives, quos Marchia continet omnis,
Huicq; Electori subdite colla pio.

Dicite:



Dicite : Nestoreos Elector vive per annos,
Et Patris exemplo nos rege ritè tui.

XII.

Illustrissimus Princeps

ac

Dn. Dn. CHRISTIANUS VVILIELMUS
MARCHIO.

Postulatus
Archiepisc:
Magdeb :

Per anagram : vna aspira elisa.

ò MIHI CHRISTVS CARVS,
VIVAMN' ? ILLE.

PLurima mundus habet, quæ sunt mort alibus ipsis
Cara, amat hic matrem, diligit ille Patrem.

Divit'us caras habet alter, nobile hic aurum

Diligit, hic gemmas suscipit, alter agros.

O mihi, dum vivo, Christus percarus IESVS,

Omnibus hic caris carior esse potest.

Hic sibi me carum profuso sanguine fecit,

Sustinuit pro me dum probra, flagra, necem.

Aune propterea meritò redamatur Iesus,

Non huius pro merit'is digna referre queo.


Vivam' idcirco ? mihi vivere in arce suprema

ille dabit, cuius sanguine vita datur.

F I N I S.

VD16





MEMORIÆ PIÆ
ILLUSTRISSIMI ET PIENTIS-
SIMI PRINCIPIS,
Dn. Dn. JOACHIMI
FRIEDERICI, MAR-
chionis & Electoris Bran-
denburgici,

18. Jul: Anno 1608.

Ex his terris in cœlestem patriam
ascidè evocati

